



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

Carmen Aggratulatorium. In novam Editionem, utilissimi Legvm Nvclei,  
Admodum Reverendi, & Eximii Domini Auctoris, Ewaldi Marchii SS.  
Theologiæ Licentiati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**



CARMEN AGGRATULATORIUM.

*In novam Editionem, utilissimi LEGVM  
NUCLEI,*

Admodum Reverendi, & Eximii Domini  
Auctoris,

E WALDI MARCHII

SS. Theologiæ Licentiati.

**I**Mplevit Mundum, NUCLEI Laus MAR-  
CHIE primi,

JUSTITIÆ & JURIS, qui documenta dabat:  
Hic NUCLEUS LEGUM, simili num laude  
carebit?

Nil minus hic, summâ laude perennis erit:  
Contineris, LEGUM mirâ brevitâ Medullâ,  
Quas, summâ Ingenii dexteritate docet;  
JUSTITIA & LEGES, Mundi moderantur  
habenas,

Ex his depēdet, vita Hominumque Salus;  
Hęc duo si tollas, Mundū confusio & horror,  
Ac vis implebit, nemoque tutus erit.

Pax aget exilium, concordia tota peribit,  
Pro libitu Prædo sæviet, atque latro  
Tanta causa mali, toto quod regnat in orbe,  
Neglectus LEGUM est, JUSTITIÆQUE  
Sacra,

Quem NUCLEIS revocare studes, his MAR-  
CHIE trinis, † 6 Ut

Ut LEGUM redeat, JUSTITIÆQUE decus :  
Sic auges meritū, Cœli quod præmia spōdet,  
Dū monstras LEGUM, JUSTITIÆQUE viā,  
Ambages vitas, & per compendia ducis ;  
Nam via longa nimis, tædia ferre solet ?  
MYSTICUS & NUCLEUS, Divina oracula pan-  
dens,

Præmia magna dabit, digna labore tuo.  
Ut volitare solēt AQUILÆ, super æthera cœli,  
Sic, tuus hic NUCLEUS MYSTICUS, alta  
petit,

Monstrat ad Astra viam, vitiis indicere bellū  
Suadet, & ÆTERNI tempora longa docet,  
Perversi Mundi, & fallacis Dæmonis astus  
Detegit, & Carnem mortificare jubet,  
LEGIBUS Humanis, Divinam hinc MAR-  
CHIE jungis,

Ut quemcunque statum, LEGIBUS in-  
strueres,  
Quas methodo tradis grata, ut deserviat o-  
mni,

Qui LEGES cōdit, vel Sacra JURA docet,  
Nec minus & Populis, quibus est parere ne-  
cesse,

Ut discant omnes, quæ faciendā sibi,  
JUSTITIÆ, servare solent Animalia LEGES,  
Quas AQUILÆ exercent, & ferus ipse LEO,  
Qui sibi prostrato placidus, rigidusque re-  
belli :

JUSTI-

JUSTITIÆ & similis , dant documenta

AQUILÆ,

Dum Pullos veros, solis splendore probatos,  
In nidis retinent, ejiciunt spurios;

His INSIGNE tuum , dum constat MAR-  
CHIE, LEGES.

Recte conjungis , JUSTITIÆ NUCLEO,  
A quo composito, vix Annis transit alter,

Et NUCLEUS præsens, ecce paratus adest;

Quod vires tolerare tuæ, potuere labores,  
Hos tantos, multis res bene mira fuit,

Sed labor assiduus, mediante favore superno,  
Ac Animus fortis, fortia quæque potest;

Quod bene demonstras, paucis dum plura,  
labore

Eucleas magno, claraque cuncta doces;

Nulla tamen, scitu quæ digna putantur, o-  
mittis

Ut NUCLEI succus; dulcis ubique foret;

Nec tradis quidquam , quod non Ratione  
probasti ,

Aut non Auctoris nomine, rite citas :

Ex propriis hortis, nec carpis MARCHIE flo-  
res,

Sed quorū probitas, notaque certa fides,

Zoilus, ut causam rodendi, nullus haberet,

In quâ quærenda, Lynceus esse solet,

Qui licet in lucem, si quid produceret ipse,  
Censores forsan, posset habere suos,

Det meliora prius, quam aliorum scripta re-  
futet,

Si non Rosoris nomen, habere velit,  
Sed veluti muscæ; morboſo corpore gaudēt;  
Sanaque declinant, sic quoque Rosor agit.  
Macte Animo hinc esto, Rosores MARCHIE  
ſperne,

Accedet NUCLEO, læſio nulla tuo:  
Illius est etenim, DIVINO oblatus HONORI,  
Qui ſervare poteſt, omnipotente manu:  
Vivet poſt Mortem, laudabunt ſæcla futura,  
Auctorem celebrem, tam ſapidi NUCLEI,  
Divitiis quidam, magnum ſibi quærere no-  
men

Conantur, majus, ſed dare ſcripta ſolent:  
Quod tamen, ex humili ſolitus, contemnere  
mente,

Nam ſolam Laudem; quæris habere Dei,  
Laus Humana perit, varias mutatur in horas,  
Laus Divina manet, tempore perpetuo:  
JUSTITIAM erudiens, ſtellarum ut Luce mi-  
cabit,

MARCHIE, Sic capiti, Lux erit alma tuo.

*Benevolentia ergo accinebat.*

A. H. V. S. I.

IN-